

CAPVT DECIMVM QVINTVM  
 SCRIPTORES QVI AD IVS PV-  
 BLICVM ALIORVM REGNO-  
 RVM ET STATVVM  
 FACIVNT.

S. I.

*Scriptores Rerum pu- blicarum in genere,* **N**Vlla Respublica prolixiori vtitur Iure Pu- blico quam nostra Germania, eo quod le- gibus publicis abundet libertateque eximia gau- deat. Nec vsitatum facile in aliis Rebus pu- blicis nomen est *Iuris Publici*, quod apud Ger- manos ideo receptum, quod eiusdem doctrinam Iure Consulti sibi vindicent, cum in aliis Re- gnis *Notitia Status Politici* potissimum dicatur. Hunc autem *Politicum Rerumpublicarum Euro- pæ Statum* varii exposuerunt. Superiori Secu- lo in lucem prodierunt *Thesauri Rerum publica- rum* LOTTINI, CASPARIS ENS & aliorum, quorum scopus vnice eo directus. Postea e- uulgabantur RES PVPLICÆ ELZEVIRIANÆ, pluribus exiguæ molis libellis, quæ in compendio traderent statum cuiuslibet Reipublicæ. Hæ olim æstumatissimæ, nec hodie vsu suo destituun- tur, licet status politicus in plerisque sit im- mutatus. Verum, cum diuersi sint laboris, il- præ cæteris veniunt æstimandæ, quæ IOANNEÆ de LAET habent auctorem. Inter recentior M qui ad generalem Statum publicum Europæ es, ciunt, eminet IOAN. ANDRÆ BOSII *Introfa- ctio in Notitiam Rerumpublicarum*, cui accedu- sse-